

62.
A

GVIL. HIER. BRVCKNERI,
CONSIL. SAXON. ET ANTECESSORIS IENENSIS,
COMMENTATIONES DVAE,
ALTERA
DE
CONFISCATIONE BONORVM

IN DELICTIS,

OCCAS. L. II. C. DE FALS. MONET.

GERMANIS:

Ob und in was Fällen eines zum Tode verurtheilten
Mißschäters Güter wegzunehmen sind.

ALTERA

CONTINET QVAESTIONEM:

AN HOMICIDIVM ABSQVE
ANIMO NECANDI SIT CAPITALE?
ET VNDE PROBETVR IS ANIMVS?

OCCAS. L. XIV. AD L. CORNEL. DE SICAR.

NOSTRIS:

Ob ein ohnvorseßlicher Todschlag die Todes-Straße verdienet?
Und wodurch, daß der Todschlag nicht mit Fleiß geschehen, zu erweisen sey?



OB ARGVMENTORVM PRAESTANTIAM
CONIVNCTIM EDITAE.

I E N A E,
PROSTAT APVD I. B. HELLERVM, 1755.

CVN HIN BLUGMINI

REMBERG DAV

CONFESSORIUM

CONFESSORIUM



I. N. D. N. I. C.

V
* rba priora l. z. C. de fals. monet. quan-
Clarissimus Candidatus Lectione
Cursoria illustrandam elegit, ita se
habent: *Si quis nummos falsa fusione*
formaverit, universas ejus facultates
fisco nostro præcipimus addici, ex his, ceu haetenus
in similibus argumentis facere consuevi, occasio-
nem summa n differendi de confiscaione bonorum,
cum illis ipsis diserte laciatur, universas facultates
eius, qui criminis falsæ monetæ fuerit reus, fisco
Imperatoris esse addicendas. Thema istud vel
ideo justo examine dignum, quoniam pro exem-
pto memorabili allegari meretur *ex errore ali-*

A 2

quan-

quando Jus oriri. Communis enim in Scholis & Praxi fori recepta est ltentia, vim consuetudinis hactenus obtinens, quod hodie in delictis, etiam capitalibus, pro poena non irrogetur confiscatio bonorum, cui opinioni error Doctorum, veterum & recentiorum, causam dedit, quasi Imperatores Justinianus per Novell. 134. cap. ult. & Carolus V. in Nemesi art. 135. & 218. Iunctiones Juris Romani, publicationem bonorum certis delictis statuentes, voluerint abrogare, exceptio duntaxat laesa Majestatis criminis. Ut hæc non tam dixisse quam probasse videar, ex Jure Romano altius repetendum venit, quid olim quoad confiscactionem bonorum valuerit, & quomodo à rigore juris illius magis magisque fuerit receatum, donec superioribus & nostris temporibus ferme prolsus in desuetudinem abierit.

Non contenti erant prisci legislatores Romanici certis delictis poenam diuicare capitalem, nisi huic simul adderent confiscactionem bonorum l. i. pr. de bon. damnat. l. 4. & l. 10. pr. C. eod. l. 3. de interdit. & releg. l. 8. C. de poen. Et quia capitalis poena dicebatur, non tantum si delinquens morte naturali privaretur, sed & si civitatem vel libertatem amitteret, quæ mors civilis appellabatur l. 2. pr. de poen. b. 103.

103

l. 103. de V. S. l. 13. de bonor. possess. etiam deportati
& in metallum damoati, ut pote jaeturam civitatis
vel liberatis facientes, amittebant bona per publi-
cationem & confiscationem vid. citt. ll. Quis au-
tor fuerit tam rigidus juris, ut eorum, qui capitis poe-
nam luebant, bona omnia fisco simul applicaren-
tur, non facile dixerim; Criticis vero expenden-
dum relinquo, utramque quid jam in libera Rep.
Romana viguerit, an demum In pp. temporibus
initium sumiserit.

Etiam delictis quibusdam non capitalibus
statuta erat confisratio bonorum, ut criminis repe-
tundarum Nov. 8. cap. 8. §. 1. vis privatae l. 1. & l. fin.
ad L. Jul. de vi privata, tumultuosorum conven-
ticularum l. 15. C. de Episcop. Imo refert Justinia-
nus §. 4. f. de publ. judic. Quid Lex Julia poenam
irroget stupratoribus (licet absque vi virginem vel
viduam honeste viventem stupraverint) si honesti
sunt, publicationem dimidiæ partis bonorum, si bu-
miles, corporis coercionem.

Præter hunc textum in toto Juris Corpore, si
recte memini, non extat vestigium talis poena in
stupro, nec tamen propterea contradicerem Imper-
atori, cuius tempore aderat plena Lex Iulia, per
fragmента saltim ad nos transmissa. Et cum ab

A. 3 Aug.

Augusto esset lata *l. i. ad L. Jul. de adult.* haud dubie callidus iste Imperator fiscum ditare voluit tam gravi multa (dimidia parte bonorum,) probe quippe gnarus, quam propensi sint homines in hoc delictum, & quantum in Rep. id frequentetur.

Eiusmodi ratio locupletandi fiscum nechodie disvadenda esset Principibus, nisi metuendum foret, ne graviori poena, qua stupra coercentur, majora provocarentur crimina, ceu in illis locis, ubi severius stupra castigantur, experientia teste observare licet.

Plerumque propter delicta, quibus confisatio erat imposita, de jure Romano omnia bona redibant ad fiscum, aliquando saltim pars bonorum, vel dimidia, uti jam vidimus in stupro, vel tertia, ut in vi privata *l. i. & l. fin. ad L. Jul. de vi privat.* vel certa tantum res e. g. domus in casu ante adducto tumultuosi conventiculi *l. 15. C. de Episcop.* & in casu aleæ, de quo *l. fin. C. de aleat.*

Olim damnati ad mortem non poterant facere testamentum *l. 8. §. fin. qui testam. fac. poss. cuius variæ causæ à DD. adducuntur, quod (a) bona illorum omnia confiscentur, & sicut testatores non habeant, de quibus disponant, (b) illi amittant jus civitatis Romanæ, adeo ut etiam deportati, quos salva*

salva libertate civitatem amittere constat l. 6. de in-
 terd. & relegat. §. 2. J. de capit. diminut. l. 2. de pu-
 blic. judic. testamentis actione careant l. 8. §. 1. quæ
 testam. fac. poss. cum testamentum non valeat, nisi
 à cive Romano fuerit conditum §. 6. J. quib. mod.
 testam. infirm. (c) damnati capitaliter fiant servi
 poenæ l. 12. de poen. Postquam autem servitus hæc
 poenæ per Justinianum sicut sublata Nov. 22. cap. 8.
 conf. Schilt. ad ff. Ex. 38. th. 25. dilputant Doctores,
 num damnatis eo ipso restituta fuerit libertas te-
 standi; quod rectius negatur, cum cessante una
 causa non statim alia ceteret, & licet damnati non
 sint amplius servi poenæ, non tamen recuperant ius
 civitatis Romanæ, & bona fisco addicta, sicuti hoc
 egregia dilputatione de testamenti factione damna-
 tis ad mortem jure civili denegata, & moribus pleo-
 risque asserta præstantissimus JCtus D. Luderus
 Menckenius deduxit. Si damnati ad mortem an-
 te perpetratum delictum fecerunt testamenta, pro-
 priet sublequentem capit. diminutionem irita
 redduntur l. 6. §. 6. de injust. rupt. & irrit. test. ubi
 tamen exceptio quoad milites continetur. P. Ita
 quam crimen est commissum, confilcationis poe-
 nem ingerens, non potest reus ante condemnatio-
 nem in fraudem fisci alienare bona per donatio-
 nem,

nem, contractum, aut alium actum intervivos l.
20. de accusat. sed expectare tenetur, quem extum
sit habiturum accusationis vel inquisitionis judici-
um. Si moritur reus ante condemnationem etiam
in vinculis, bona ejus non confiscantur l. 3. §. 7. de
bon. eor. qui ante sent. l. 45. de jure fisc. nisi consci-
entia sceleris aut metu pœna seipsum interemerit l. 3.
de bon. eor. qui ante sent. l. 2. C. qui testamta facere
possunt.

Cœterum mitius egerunt legislatores Ro-
mani cum illis damnatis, qui liberos habebant;
nam quando plures aderant liberi, bona parentum
omnia his relinquebantur excluso fisco l. 7. §. 3. de
bon. damnat. quid autem de jure Digestorum obti-
nuerit, si pauciores aderant, non clare determina-
tur; saltim in l. 1. §. 1. & 3. l. 7. pr. eod. dicitur, quod
liberi debeant portiones vel partes accipere; quan-
tæ autem partes vel portiones ipsis fuerint datae,
non exprimitur. Forte per illas non male intelli-
gitur legitima, uti ex verbis d. l. 7. pr. colligere pos-
lumus. Jacobus Gotfredus in Comment. ad l. 1.
Cod. Theod. de bon. proscript. memorat, Hadria-
num (eum Imperatorem, qui d. l. 7. §. 3. pluribus
liberis omnia bona parentum assignavit) duodec-
mas liberis (scil. paucioribus) concessisse teste Spar-
tiano,

tiano, Marcum vero filios Cassii medium partem pa-
terni patrimonii dedisse, teste Capitolino.

Sed quod Marcus fecisse perhibetur, saltum
censetur suisse liberalitas specialis erga Cassii libe-
ros, non lex generalis. Successu temporis nimium
variarunt Imp. in sanctione legum de confiscatio-
ne bonorum, quo ad damnatos ad mortem obser-
vanda, prout quisque vel mitis & liberalis, vel cru-
delis & avarus erat.

Ipse Constantius Imp. in l. 2. C. Theod. de bon.
proscript. ab initio admodum benignum erga
damnatorum liberos & parentes se gesit, dum illis
ad tertium usque gradum bona omnia tribuit, sed
postea revocavit hanc gratiam, alia in contrarium
condita lege 4. C. Theod. eod. Ex Ammiano Mar-
cellino notat *Jac. Gothofredus* in Comm. ad hanc
legem, quod Constantius Imper. in explebili cupiditi-
tate arserit in bonis confiscandis, & poenitentia inciviliter
infligendis. Valentinianus & Valens. Imp. l. 6. C.
Theod. eod. voluerunt, integrum substantiam dam-
natorum ad liberos pervenire. Gratianus, Valen-
tinianus & Theodosius l. 8. C. Theod. eod. quoad
deportatos constituerunt, ut tertia pars bonorum
ad liberos eorum, etiam emancipatos & ex filia ne-
potes transirent. Idem Imp. in l. 9. C. Theod. o-

B

mnes

mines facultates damnatorum reliquerunt libertis
eorum, facto tamen discrimine inter liberos primi,
secundi & tertii gradus, de quo Jacob. Gotfredus
in Comment. ad h. l. pluribus videatur. Pariter
iidem beneficium d. l. 6. extenderunt per l. 10. C.
Theod. ad posthumos.

Nimis prolixum foret omnes leges tituli Cod.
Theod. de bonis proscript. percurrere. Justinianus
constitutionem Theodosii & Valentiniani, quæ est
lex ult. Cod. Theod. eod. per interpolationem quan-
dam transtulit in Codicem suum l. 10. & non facta
distinctione, utrum damnatus plures an pauciores
liberos reliquerit, disposuit, ut diuidia bonorum
eius pars liberis tribueretur. Tandem Nov. 134.
cap. ult. singularem gratiam exhibuit liberis, & pa-
rentibus & uxoribus damnatorum ad mortem,
scil. ut descendentes & ascendentess ad tertium us-
que gradum bona omnia consequantur, uxores
autem dotibus destitutæ definitam accipient par-
tem de tota substantia; si vero damnati nec libe-
ros, nec parentes, nec uxores relinquant, tunc de-
mum eorum substantia fisco applicetur. In dam-
natis vero ex crimine Majestatis veteres leges fer-
vari jussit.

Paterigitur è Novella hac Constitutione (1.)
Justi-

111

Justinianum Imp. non fuisse tam avarum, uti Pro-
copius & alii per calumniam ipsi solent imputare,
quia insigne fisci emolumentum remisit, (2.) non
omnem bonorum confiscationem in delictis fuisse
sublatam, sed saltim liberis & parentibus tertii gra-
dus, & certa ratione uxoribus damnatorum grati-
am factam. (3.) Quoad crimen Majestatis, tan-
quam atrocissimum, rigorem veterum legum quo-
ad liberos, parentes & uxores damnatorum esse
retentum.

Quæritur, an rigoriste etiam eo pertigerit, ut
damnati non tantum ob perduellionem, sed & ob
crimen læse in specie amiserint bona, filio applic-
canda? Tractat quæstionem hanc D. Menckenius
in supra laudata *Disputatione th. 34.* & communis
DD. sententia subscribit, quod ob crimen Ma-
jestatis in specie sic dictum confisratio bonorum lo-
cum non habeat, & pro confirmanda illa sententia
provocat ad *l. fin. ad L. Jul. Majest. l. fin. C. de bono*
eor. qui mort. sibi consciu. l. 155. §. f. de R. J. Sed
pace Viri celeberrimi hic dissentio, & ad rectius de-
cidendam quæstionem puto distingvi debere, u-
trum pena capitalis, an alia mitior huic vel illi
crimini Majestatis in legibus statuatur; illo calu
semper confiscabantur bona secundum ea, quæ su-

pra per leges sunt probata ; in hoc, si solum relegationis poena irrogatur ; (uti quandoque in Crimine Majestatis fieri solet l. 24. de pen.) cessat publicatio bonorum, cum relegatio non inferat confiscationem, nisi haec in sententia specialiter fuerit expressa l. 8. C. de pen. l. 1. de interd. & releg. Meam sententiam confirmat lex à Candidato pro Censura Lectionis Cursoriae selecta 2. C. de fals. monet. in qua expresse confiscatio bonorum dictatur criminis fallae monetæ, ad crimen Majestatis ibidem relato, cum tamen falsam monetam evidens crimen non perduellionis, sed Majestatis speciale committat.

Ad leges in contrarium adductas facile respondetur ; nam l. fin. ad L. Jul. Majest. & l. fin. C. debon. eor. qui mort. sibi consci. loquuntur de illis, qui in reatu (h. e. qui rei facti per accusationem aut inquisitionem) ante condemnationem moriuntur, ubi aliud juris est in perduellione, aliud in Crimine Majestatis speciali. Deinde l. 155. §. f. de R. f. salutum hoc innuit, quod in casibus penalibus dubius mitior interpretatio sit sumenda ; hic autem non est casus dubius, sed certus.

Si mihi objicitur, illud jam non controverti, num confiscatio locum inveniat de jure Digestum

rum

rum & Codicis in Crimine Majestatis speciali, sed
hoc quæri, dum Imp. Justinianus per Nov. 134. cap.
ult. certis casibus sustulit confiscationem bonorum
in delictis, excepto latim crimen Majestatis, quid
per hoc crimen intellexerit? quam questionem
cum commun DD. Schola esse decidendam in mi-
tiorem partem, ut saltum excipiatur illud Majestatis
crimen, perduellio vocari solitum, non autem in
specie sic dictum. Sed Relp. quando leges non
distingvunt, nos quoque distingvere non debe-
mus. In genere loquitur Imperator Nov. 134. cap.
ult. In Majestatis vero criminis condemnatis veter-
res leges servari jubemus. Atqui veteres leges in
Majestatis crimen non tantum illo, quod perduel-
lio vocatur, sed etiam quod in specie tale dicitur,
quatenus capitale est, confiscationem bonorum
obtinere voluerunt, ceu speciatim per nostram l. 2.
C. de fals. monet. supra probavi.

Verum quidem est, iura magis detestari per-
duellionem, quam crimen Majestatis speciale, sed
exinde non recte concluditur, quasi confiscazione
bonorum certo respectu sublata in criminibus ca-
pitalibus, etiam censetur illa esse sublata in crimi-
ne Majestatis speciali. Sufficit enim, quod Impe-
rator à gratia, quam noviter introduxit, generali-

ter exemerit crimen Majestatis, nec distinxerit inter species illius. (4.) Irnerium, si auctor est avthenticarum legibus Codicis subjectarum, errasse, dum in Avth. *Bona damnatorum C. de bon. proscript.* statuit, bona damnatorum descendantibus & ascendantibus, & ex latere venientibus usque ad tertium gradum, & certa ratione uxoribus applicari. Sed *Nov. 134. c. ult.* ad quam provocat, de cognatis è latere venientibus nihil habet.

Novi, quid summus Jctus B. Schilterus ad ff. Exerc. 38. th. 25. pro excusatione Irnerii adferat, dum scribit: *Id veterane tamen est ex errore Irnerii, ut vulgus putat, sed ex novissimo usu fori Italici, Et Edicto Theodorici Regis Italiae c. 112. - - - Non erat igitur, cur toties in Irnerium inveheret A. Faber Decad. 73. Err. 4.5.6.* Sed subtilius & solidius A. Faber. d. l. disputat, quam ut uno istitu argumenta ejus profligentur, nec Err. 4.5.6. ubique insultat Irnerio, pro cuius dictis multa in medium adserit. Deinde si respexisset Edictum Theodorici Regis, mentionem ejus in Inscriptione Avthenticæ fecisset, jam autem solum allegat *Nov. 134. c. ult.* cuius nucleus & compendium sistere vult; nullibi etiam, nisi fallor, in toto Codice subjicit legibus dis-
cre-

crepantiam usus fori Italici, & legum Theodosici
Regis, quod alienum erat ab ipsius instituto.

Annon autem Justinianus *Nov. 17. cap. 12.*
forte voluit id, quod Irnerius expressit? Respond.
Non, utilius hoc deduxit *A. Faber cit. err. 5. § 6.*
Hoc de Jure Romano quoad confiscationem bo-
norum. Fridericus *Imp. 2. Feud. 27. §. si vero con-*
stituit, ut homicidæ, qui per dolum occidit alter-
rum, & fugit, res mobiles in populum publicen-
tur & dispensentur, res autem immobiles dentur il-
lis, qui ejus proximi sunt hæredes ab intestato; hoc
genus publicationis erat singulare, dum distingue-
retur inter res mobiles & immobiles, & illæ ita pu-
blicarentur, ut non in filium redigerentur, sed po-
pulo distribuerentur.

Jam considerabimus, an *Carolus V. Imper.*
in Nemes sua confiscationem bonorum sustulerit,
uti communis haec tenus fuit DD. sententia, pro
qua, ceu supra monni, adducuntur *art. 135. § 218.*
Quod attinet illum articulum 135. non propositum
erat Imperatori, novum & alienum quid à Jure Ci-
vili ordinare, prout verba ultima id indicant:
Darwider soll kein alter Gebrauch, Gewohnheit
oder Satzung Statt haben, sondern hiermit re-
vochret, cassaret und abgethan s.yn, und in diesen
und

und anderen dergleichen Fällen unser Kaiserlich beschrieben Recht gehalten werden. Igitur si Ius Romanum (quod per Caſareum ſcriptum intelligitur) per omnia ſervari debet (id enim volunt verba : in diesen und andern dergleichen Fällen) non utique cenletur mutatum.

Et cum agat citatus titulus de illis, qui ſibi mortem concilicunt, & tractetur ibi quæſtio : An bona illorum ſint confiſcanda, ad melius intelligendam mentem Imperatoris ſic diſtingvo : Aut quis conſciencia delicti & metu poenæ le interſicit, aut ex melancholia, furore, impatiencia doloris, tædio vita, & alia ratione. Illo caſu de Jure Ro- mano non ſemper confiſcabantur bona, licet deli- ctum, cuius intuitu ſe interſicit, eſſet capitale ; ſi enim quis non deprehenderetur in delicto, aut reuſ postularetur, bona ejus non vindicabantur fisco 1. 3. pr. de bon. eorum, qui ante ſent. imo per Nov. 134. c. ult. bona ad mortem damnati, qui ſe interemit, non confiſcabantur in caſu extantium liberorum vel parentum, vel etiam certa ratione uxorum ; quando delictum non erat capitale, etiam bona damnati, qui ſe interfecit, ad fiftum non pervenie- bant d. l. 3. §. 1. ſi vero quis damnatus erat ad mor- tem, vel, non damnatus quidem, deprehensuſ ta- men

men in delicto capitali, aut reus ejusmodi delicti postulatus; in casu non extantium liberorum aue parentum, aut uxoris, bona sciplum metu poenæ perimentis ad fiscum redigebantur vid. citt. II. Hoc casu, nempe, ubi quis ex melancholia, furore aut alia ratione citra metum poenæ sciplum trucidat, successores habet excluso filio d.l.3. §. 4. & 6. Et sic iuxta varietatem casuum adductorum explicandus est art. 135. C. C. ex Jure Cæsareo, ad quod tanquam pleniorum normam Carolus V. Judicem remittit.

Pariter nec pro communi sententia quicquam facit art. 218. reprobans irrationabiles quasdam consuetudines, inter quas & sequens refertur: So ein Ubelthäter außerhalb des Lasters unserer beledigten Majestät, oder sonst in andern Fällen, so der Ubelthäter Leib und Guth nicht verwircket, vom Leben zum Tode gestraffet, Weib und Kinder an den Bettelstab, und das Guth dem Herrn zugewiesen wird.

Ex quibus verbis patet, quod extra Crimen Majestatis dentur alii casus, ubi capitalis poena simul cum confiscatione bonorum locum invenit; & dum mentio fit liberorum & uxorum, quæ personæ per confilcationem ad mendicitatem redi-

C

gut-

guntur, exinde sequatur, in casu non extantium liberorum (parentum) & uxorum haud iniquum esse, nec à Caroli V. mente abhorre, ut fiscus juxtapatus Romanum auferat bona.

Hactenus tamen alia interpretatio invaluit, praxi fori passim recepta, scil. extra crimen Majestatis, damnatorum ad mortem bona non esse confiscanda, &, si quis mortem sibi confiscat conscientia sceleris capitalis, licet accusatus, aut in delicto deprehensus, aut ad mortem damnatus fuerit, & non relinquit liberos, parentes, aut uxorem, facultates ejus concedi proximis collateralibus. Quam consuetudinem non improbo, nec abrogandam censeo, ex errore tamen ortam esse arbitrор; nisi contendere velis, Germanos prisœ ante receptionum jus Romanum contentos fuisse ultimo suppicio & malo fato miserorum, nec poenam ad bona eorum voluisse porrectam, hinc evenisse, ut tales mores sensim introducto jure Romano ex aquitatis ratione continuarentur, cui opinioni nec ego adversarer.

Licer enim ratio à Justiniano Nov. 17. c. 12. adducta: *Non res sunt, quæ delinquunt, sed qui res possident, nullius sit ponderis, (cum res per confis- fationem non puniantur, sed personæ rerum pos- tes-*

cessores, intuitu confiscationis melius deterreantur à delictis) humanitati tamen & æquitati maxime convenit, exlatiari ultimo delinquentium supplicio. Clementia erga miseros morte punitos moribus nostris in tantum crevit, ut nec expensæ processus è bonis defunctorum refundi debeant, & de Jure Saxonico Electorali per *Const. nov. 86.* hæres des furis suspensi damnum illatum (si res furtiva non amplius extat) resarcire non teneantur; quo ad homicidium p. 4. c. 12. simile quid ab Electore sancitum, quod *Carpzov. in Crim. qu. 39. n. 42.* extendit ad casum incendii, talem postea formans regulam generalem: *Quod de Jure Saxonico in delictis Reus, quoties poenam mortis vel sanguinis seu corporis afflictivam patitur, ad restitutionem danni expensarum nequaquam condemnari debeat.*

Sed præter Electoratum regulam illam non simpliciter in Saxonia servari testatur *B. Struvius Jurispr. l. 3. t. 33. n. 7. conf. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 30. th. 4. lit. a. Rittershus. de Diff. Jur. Civ. & Can. lib. 6. c. 1.* In delictis capitalibus de Jure Sax. processus banni contra fugitivos instituitur, cuius potior effectus est, ut, si non compareant, bona eorum publicentur *Carpz. Crim. qu. 140. n. 117.* ubi etiam n. 121. respondet ad objectionem è *Nemefiart. 218. allatam.* C 2 Elu-

Superioribus constat, quod per Nov. 134.
 cap. ult. & Nemes. Carol. art. 218. quoad confisca-
 tionem excipiatur crimen Majestatis, & ob illud
 damnati non habeant liberos, parentes, & uxores
 hæredes; ubi DD. quæstionem movent, an sub
 crimine illo contineantur Atheismus, Hæresis, Ma-
 gia, quibus Majestas divina lædi dicitur? Negati-
 vam recte defendit Klockius de arario cap. 85. qui
 n. 93. & seqq. etiam probare vult, hodie non posse
 Principes Germaniæ superiori territoriali gauden-
 tes, absque Imperatoris auctoritate confisca-
 tionis pœnam in terrorem aliorum propter frequentiam
 delictorum & in compensationem sumtuum & ex-
 pensarum judicialium de novo introducere. Cre-
 derem tamen, quod per Statuta possint Principes
 quoad confisca-
 tionem bonorum reducere leges
 Romanas Justinianas, abolitis contrariis conve-
 tudinibus. Nunc sermo noster se convertit ad Cla-
 rissimum Candidatum D.N. IOHANNEM
SCHEIDLIN, qui natus est in celeberrima R.
 R. I. Civitate, Augusta-Vindelicorum, Musarum
 pariter & omnium bonarum Artium Sede. &c. &c.
 Et quia curriculum vitæ nobilissimi Candidati hic
 adducere spatium non permittit, quapropter
 imponimus commentationi huic
 FINEM.

GVIL. HIER. BRVCKNERI,
ICTI APVD IENENSIS CELEBERRIMI,
COMMENTATIG IURIS CRIMINALIS,
ALTERA;
QVAESTIONEM CONTINENS:
**AN HOMICIDIVM ABSQVE
ANIMO NECANDI SIT
CAPITALE?**
ET
VNDE PROBETVR IS ANIMVS?

OCCAS. L. XIV. AD L. CORNEL. DE SICAR.

Q. D. B. V.



Quo res majoris momenti est vita hominis, quæ perpetrata cæde vel vindicanda vel auferenda, eo majorem adhibeamus circumspectionem, ut DEO vitæ auctori & vindici olim reddamus rationem. Non enim hic agitur de glande legenda aut capite papaveris amputando, sed de re omnium pretiosissima hominis sanguine, tanti à supremo Numine æstimato, quem Filius DEI crux suo inæstimabili redimeret. Quoniam vero absque supplicijs capitalibus salutis Reipubl. conservari nequit, & nobis ipsis relieti ex imbecillitate humana vix assequimur, in quibus casibus infligi debeat pœna mortis, pro summo reputemus beneficio, quod DEVS per Mosem nobis præscripsit regulas, ad tranquillandam judicium conscientiam aptissimas. Absque his enim si foret, acribites & dubii plerumque hæcere deberemus, num recte irrogaremus mortis supplicium. Licet enim DEVS tam claris & severis

ris

ris verbis aperuerit voluntatem, e. g. de vindicando hominis sanguine per injuriam effulo *Genes. IX. 6. Num. XXXV. 21. 33. 34. Deut. XIX. 11. 12. 13.* ad eo quidem, ut nec ipsius sanctissimum altare militiosis praestet securitatem. *Exod. XXI. 14.* repertameū sunt inter Christianos non privati tantum, sed & summī legiſtatores, qui ex intempeſtiva misericordia censerent lenius puniendos homicidas aliosque graviorum maleficiorum reos, ad Ecclesiās & templo confugientes, ceu patet ē c. 6. *X. de immunit. Ecclesiar.* Imo alii capitales poenas prorsus damnare non erubuerunt. Quid tunc demum contigisse putatis, si DEVS in hoc arduo negotio non tam aperte mentem declarasset? Spectatur regulariter in poenis capitalibus non sola voluntas, nec solus eventus, cum conatus exitum non habens mitius sit plectendus, & Dracone duriorē ſe gerat, qui homicidium catu eveniens mortis supplicio vindicare præſumit.

Dantur tamen in nostro Jure casus, ubi ad mortis poenam sola voluntas sufficere creditur. Hoc indicat l. 14 ad L. Cornel. de ſicar. quam præcynolura Lectionis Cursorizæ Nobilissimus Candidatus elegit, & ita conceptam legimus: *Divus Hadrianus in hac verba reſcripsit: In maleficiis voluntas*

luntas spectatur non exitus. Non traditur hic rea gula generalis, sed potius exceptio à regula, dum aliquando sola voluntas attenditur, ad poenam capitalem decernendam. Hadriani Imp. Rescrip tum tantummodo considerat maleficia sicariorum, sicuti hoc colligitur è l. i. §. 3. eod. *Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvit posse, & qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum.* Scilicet maleficia sicariorum, vita hominum insidias trahentium, tanto pro sequebatur odio Hadrianus, ut etiam conatum solum, effectu carentem, morte dignum judicaret.

Sunt alia quoque crimina, quibus Jus Romanum capitis poenam statuit ob solam voluntatem, exitu destitutam, uti hoc pluribus exponet Clarissimus noster Candidatus. Nos jam affine argumentum attingemus, num homicidium absque animo necandi sit capitale? & unde animus iste colligatur? Homicidium vulgo distingunt in dolosum, culposum & casuale, ut illud ordinaria capitali, istud pro ratione culpæ magnæ vel levis graviori vel mitiori non-capitali, hoc nulla prorsus poena plectatur.

Dolosum ex indole sua requirit dolum; sed

CUM

cum is in animo consistat, nec adeo sensibus deprehendatur, quomodo illum adfuisse contra occisorum probabimus? Si vel ante cædem testatur quis animum occidendi, vel post illam profitetur, evenitum respondisse sive intentioni, non amplius dubitationi locum relinquit, quo minus dolo alterum interemerit. Igitur è verbis propriis venit damnus, ad exemplum illius Amalekitæ *II. Sam. I. 15.* 16. quem David Rex è confessione propria, veritati contraria, occidendum curavit.

Quando autem quis animum verbis non prodit, è conjecturis eum venari oportet, quales sunt iniuricitæ & insidiæ, ultimam rixam & cædem antegressæ, usus lethalis instrumenti, quo alter è medio fuit sublatus, quas circumstantias etiam sapientissimus legislator DEVS attendi jubet *Deut. XIX. 11. 12. 13. Num. XXXV. 16. 17.* quamvis in causa lethalis instrumenti dolus non semper præsumatur, si vel occisor antea nullum odium fovit erga occisum, vel occisus autor rixæ, è qua cædes provenit, exittit, & verbis aut factis occisorem graviter læsit, vel occisor ad defendendam vitam aut membra sua cædem patravit, vel irritatus in æstu iræ circa deliberandi spatium necavit.

Aliquando mors sequitur ex instrumento

D

non

non lethali, e. g. si quis baculo tenui ferit tempora, & tunc animus occidendi adfuisse non censemur, nec poena capitalis infligi poterit; unde tot vicibus DEVS Num. XXXV. 16. 17. 18. jubet considerari, an occisor lethale adhibuerit instrumentum. Sicuti autem omnes circumstantiae, mitidrem poenam invadentes, decenter sunt ponderanda, ita vel maxime juxta præscriptum divinum, Deut. XIX. 11. 12. Num. XXXV. 22. 23. hæc spectari debet, num occisor ante ultimam rixam, cædis caulam, odium foverit erga occisum; nam eo deficiente non facile colligitur animus occidendi, præterim quando ebrietas accessit, & occisor cogita cæde magnum dolorem ostendit.

Res igitur dubio carere videtur, quod homicidium dolo commissum capitum poenam mereatur. Sed num absque dolo de culpa crassa (levis enim mitius est plectenda) idem statuendum? Passim in nostro Jure occurrit regula: *Magna negligentia culpæ est, magna culpa dolus l. 226. de V. S. l. 32. deposit. l. 29. pr. mandat. l. 1. §. 1. si mens fals. mod. dix. l. 1. §. 2. si is, quitestam. lib. esse juss. l. 1. §. 5. de obligat. Et act.*

A regula ista criminalium causarum Doctores excipiunt capitalia delicta, allegantes l. 7. ad L. Cornel.

27

Cornel. de scicar. ubi dicitur : Nec in hac lege (Cornelia) culpā latapro dolo accipitur. Unde commūniter statuunt, quod homicidium culpa tantum commissum, non dolo (seu animo necandi) pœna mortis non puniatur. vide Carpz. in Crim. qu. 17. n. 24. ubi plurimos pro hac sententia citat Doctores. Distinguunt tamen aliqui, utrum occisor operam dederit rei licet, an illicita, ut in illo casu vita ipsius parcatur, in hoc capit is pœna sumatur. Ita Carpzovius in d. tract. qu. 5. n. 11. scribit : Non etiam ad hoc, ut in crimen homicidii pœna gladii ordinaria locum habeat, præcise requiritur animus occidendi, sed sufficit, adesse animum dolosum, scilicet, ut quis dolose det operam rei illicita, ex qua subsequitur homicidium, ita, ut delicti autor verisimiliter aut cogitaverit, aut cogitare potuerit, aut saltē cogitare debuerit id, quod in defacile successum erat.

Postea n. 37. exemplo dicta illustrat : velut si quis grassetur antefores Titii tempore nocturno, conscientis, an Titius domi sit, vel non, & gladio pungat fenestram, vel exonerando archibusum globulum per januam trajiciat, eumque, qui casu fortuito stat in limine domus, occidat : quo sane casu negari non potest, occidentem versari in dolo, & rem agere illitam, adeoque dolosum committere homicidium.

D 2

Sed

Sed dubito, an generaliter decernatur capitale supplicium ei, qui operam dans rei illicitae alterum occidit; considerabimus casus quosdam (1) l. 7. ad L. Cornel. de siccari. postquam adducta fuit regula, quod lata culpa in homicidio non accipiatur pro dolo, statim subjicitur exemplum: si quis alto se precipitaverit (aliud est, si quis alto deciderit) & super alium venerit, eumque occiderit, (quod hoc factum) ad hujus Legis (Corneliae) coercitionem (capitalem) non pertineat, (2.) l. 4. §. 1. eod. Cum quidam per lasciviam causam mortis prabuisset, comprobatum est factum Ignatii Taurini Proconsulis Veterica à D. Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset; exemplum adferri potest de illo, qui per lasciviam alterum de gradibus dejicit, unde mors per lapsum infelicem sequitur (3) Carpzonius in Crim. qu. 21. §. 15. scribit: Ex quo sequitur, propinan tem philtrum seu poculum amatorium, ad amorem ejus incitan dum, ultimo suppicio non esse afficiendum, licet mors inde sequatur. Cujus sententiae ratio, §. 20. adducta, quod talis non versetur in dolo & re illicita, mihi non probatur; quamvis enim mortem dolose non intendat sed amorem, est tamen eatenus in dolo, quia destinato consilio propinat philtrum, quod est res pessimi exempli.

29

exempli, omnino pro illicita judicanda, & cui in
calu securæ mortis statutum est ultimum supplici-
um l. 38. §. 3. de pœn. (4) l. 3. §. 2. ad L. Cornel. de
sciar. sed ex SCIO relegari jussa est ea, qua non quidem
malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad
conceptionem (impediendam) dedit, ex quo ea, qua
acceperat, decesserit. Carpzovius cit. loc. §. 20. con-
trarium statuit: neque is, qui causam mortis præ-
bet, de homicidio semper tenetur, sed tunc demum, si
dolose causam præbeat, & in illicitis veretur, VEL
VTI QVI PHILTRVM DAT AD IMPEDIENDAM
CONCEPTIONEM. (5) Id. Carpzov. qu. 10. §. 10.
aliud adducit exemplum, ubi persona versatur in re
illicita, ex qua mors sequitur, & tamen non capita-
liter punitur: Si parens infantem non quidem ani-
mo occidendi, neque in locum solitarium, sed in ejus-
modi locum, quo homines frequenter ambulant, ut
in plateam ad ædes alicujus exponit, eo fine & propo-
sito, quo is, qui pater ejus perhibetur, vel etiam alii
misericordia ducti eum recipiant, & alant, eoque
modo exponentes vituperium & pœnam fornicatio-
nis vel adulterii effugiant. Quo casu, si infans præ-
ter intentionem exponentium vel nimis sero, vel et-
iam plane non repertus inedia consumatur, aut fri-
gore pereat, quin exponentes pœnam fustigationis

cum perpetua relegatione incurvant, haud dubium non est.

Qui hactenus adductos casus; ubi alia quam capitalis poena ob latam culpam statuitur, & occisor in re illicita versatur, rectius expendet, forte decretabit subscribere Carpzovii sententia in casu sequenti qu. 3. n. 38. proposita: *Si quis alteri colaphum impingat, manu tamen contracta sive pugno, mit volles Faust, hic, si percussus inde moriatur, à poena ordinaria homicidii nullatenus excusabitur, praserium si percussio fiat in loco periculoso circa tempora capitii.*

Autores quoque ab ipso citati *Mascard. de probat. vol. 1. Concl. 97. n. 29. Ant. Gomez de delict. l. 1. c. 3. n. 17.* contrariam amplectuntur opinionem, non esse capitii supplicio afficiendum eum, qui pugno percussum occidit; *Melius contradicit Carpzovius qu. 5. n. 2.* Doctoribus illis, qui statuunt, non poena homicidii ordinaria, sed alia mitiori puniendum esse eum, qui Titium occidere volens Cajum interficit; si enim Titii cædes est illicita, perinde reputabitur pro doloso homicidio, sive Titium, sive Cajum è medio tollat; sicuti sur habendus, qui Titio aliquid ablatus Caji rem fraudulenter contrectat, aut pro adultero reputandus, qui cum Titii

¶ 31 (3)
Titii uxore rem habiturus Caji conjugem adul-
terat.

Nescio autem, quid Menochio de A. I. Q. cap.
324. n. 12. venerit in mentem, dum hanc opinio-
nem improbans ait: *Sed errant, mea quidem sen-
tentia, quia dolo quidem agebat, ut Cajum occiderit,
at dum postea occidit Sempronium, in sola culpa ver-
satus est.*

Probe igitur distingvenda est culpa, etiam
magna seu lata, à dolo seu animo necandi, ut in illa
non facile decernamus pœnam capitalem, bene
autem in hac. Unde voluntas vel animus occiden-
di proberet, inter alios docent MASCARDVS &
GOMEZIVS locis iam allegatis.

Nunc quoque de Clarissimo nostro Candi-
dato LAURENTIO ANDREA HAMBERGE-
RO, ANSPACENSI, pro more al qua, (& quidem
quatenus spatiū hoc se extendit plagularum no-
strarum) dicemus. Natus est undecimo Kalend.
Febr. Ann. MDCXC. ē familia inlyta Hamber-
gerorum, ē qua veluti equo Trojano tot Heroes
haec tenus prodierunt. Patrem suscipit Virum Ma-
xime Reverendum GEORGIVM LVDOVICVM,
Theologum, & olim Iudo litterarum in urbe An-
spacensi præfectum, hodie Capituli Feuchiwan-
genis

gensis Decanum, & templi cathedralis Antistitem;
Matrem vero Matronam antiqui moris & probita-
tis MARIAM SOPHIAM gente HV SWEDELIAM;
haud minima n felicitatis partem Noster arbitra-
tur, quod utroque hoc parente per Numinis Divi-
ni gratiam gaudeat superstite, salvo & florente.

Filium hunc egregia indolis optimus Paren^s
recta de divinis rebus persvassione imbuendum, &
omnibus disciplinis, quæ puerili ætati conveniunt,
ornandum duxit. Quainvis Nostro grata sit re-
cordatio primorum juventutis præceptorum, ple-
raque tamen se debere profitetur venerando Pa-
renti, qui plurimis & gravioribus districtus nego-
tiis non passus est se divelli à Filii institutione, & hoc
dedit singulari ejus amori, ut nihil intermitteret eo-
rum, ex quibus ipsum in literis & moribus profice-
re posse credebat. Pubertati proximum misit An-
spachium, tradiditque disciplinæ generi Viri Ma-
xime Reverendi JOHANNIS LAURENTII BECKI,
facto nunc munera apud Heidenheimenses præpo-
siti, qui discipulum græcis latinisque literis erudi-
vit, & ad omnes bonas artes formavit. &c. Veru-
tamen Editio hac secunda amplificationem
non requirit; propterea filum
ab rum pimus.

SOLI DEO GLORIA.


Jena, Drs., 1707 A-V
X. 2396251


ULB Halle
006 205 95X

3



Vol 12





62.
11

GVIL. HIER. BRUCKNERI,
 CONSIL. SAXON. ET ANTECESSORIS IENENSIS,
 COMMENTATIONES DVAE,
 ALTERA
 DE
CONFISCATIONE BONORVM
IN DELICTIS,
 OCCAS. L. II. C. DE FALS. MONET.

GERMANIS:

Ob und in was Fällen eines zum Tode verurtheilten
Mißschäters Güter wegzunehmen sind.

ALTERA

CONTINET QVAESTIONEM:

A N HOMICIDIVM ABSQVE
ANIMO NECANDI SIT CAPITALE?
 ET VNDE PROBETVR IS ANIMVS?

OCCAS. L. XIV. AD L. CORNEL. DE SICAR.

N O S T R I S:

Ob ein ohnvorzeßlicher Todschlag die Todes-Straße verdienet?
Und wodurch, daß der Todschlag nicht mit Fleiß geschehen, zu erweisensey?



OB ARGUMENTORVM PRAESTANTIAM
 CONIVNTIM EDITAE.

I E N A E,
 PROSTAT APVD I. B. HELLERVUM, 1755.

